

/ Illustrissime Domine.

Huius epistolae brevitatem, excusabit altera prolixior huic opusculo praefixa, quod Vestrae Ill.D. dicatum est. Est haec grati animi significatio aliqua, ex recordatione acceptorum beneficiorum
5 profecta. Accedebat etiam in hac libelli istius dedicatione, spes sanè apud me non exigua, fore ut Vestra Dom. non modo iudicium de tota re aperiret mihi suum, sed libere insuper moneret, si quid forte excidit mihi, vel minus scitè, vel imprudenter. Laboriosum opus est, ut lector observabit; sed plenum periculosae aleae: et
10 tamen (quod imprudentiae fortassis ascribetur) inter occupationes alias graves expressum et acceleratum. Tardior prodibit in lucem tomus posterior, et non nisi audita orbis censura de priore. Nullam Scripturae sacrae locum chronologicum, qui difficilis videretur, sine explanatione (quod sciam) praeterivi. Sed an loci Baruc ex-
15 planatio nova placeat, valde scire cupio. Ne sim molestior, nunc quidem non ero prolixior; tantum oro Deum Opt.M. ut Vestram D. coelestibus auctum donis, servet incolumem. Datum Burdigalae primo Augusti 1611.

Illust^{mae} Dom.V.

20 inutilis in Xo servus

Ja. Gordonus.

Illustriss^{mo} Domino D. Cardinali Bellarmino. (cachet S.J.)

Romam.

München, Reichsarchiv. Jesuitica in genere, fasc. 19 m. 326. Origin.

25 autogr.